

enim sola inest το θειον, i. e. quod omnes numeros habet, neque mutatur vnquam. Scientia igitur est Platoni cognitio purae rationis ipsique designatur verbis επισημη, αληθεια, σοφια, φρονησει, τω επι-σασθαι, ειδεναι, φρονειν. Atque sane hac cognitione omnes, qui rationis participes sunt, conueniant, (ομολογωσι<sup>1</sup>) necesse est, iureque hoc in iis, qui sciunt, requirit, sicut et id, vt aliis scientiam tradere possint. Nihil aliud enim requiritur, quam vt, quos instituire velint, eorum, quae in ratione insunt, confcios reddant, sicut Socrates fecit in dialogo, Menon. nomine inscripto, cum seruo, de quo dicit: επιση-σεται αναλαβων αυτος εξ αυτου την επισημην. Quod quidem quomodo intelligendum, clarius ostendit Plato L. VII. de Rep. p. 518. edit. Bas. Αι μεν τοιουν, inquiring, αλλα αρεται καλουμεναι ψυχης κινδυνευουσιν εγγυς τι εινα των του σωματος (τω οντι γαρ ουκ ενουσαι, υπερον επιποιεσθαι εθεσι τε και ασκησεσιν) η δε του φρονησαι, παντος μαλλον θειοτερου τινος τυγχανει, ως εοικεν, ουσα, ο την μεν δυναμιν ουδεποτε απολλυσιν, υπο δε της περιαγωγης χρησιμον δε και ωφελιμον και αχρησον αυ και βλαβερον γιννεται. Et ex his quo-que explicanda sunt verba, quibus de hac re utitur Plato in dialogo nostro: παραδουναι την δυναμιν c. 2. εις την ψυχην βλεπτεον c. 28. εις το θειον και λαμπρον ορωντες c. 30. υμας εθελω εγγυησασθαι ibid.

Sed haec haec tenus. Addo hoc solum, Platonem et hic sibi constare. Quod enim in libb. de Rep. demonstrat, nunquam scil. respublicas bene se habituras esse, nisi vel imperarent philosophi, vel imperantes philosophi essent, id et in Alcib. I. confirmat. Αυτω αρκα σοι πρωτον κτητεον αρετην, και αλλω, ος μελλει μη ιδια μονον αυτου τε και των αυτου αρξειν και επιμελησεσθαι, αλλα πολεως και των της πολεως c. 30.

1 Plane hoc sensu Stoici summum bonum ομολογιαν dixerunt Cic. de Fin. III. 6.